



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

57. Nemesivs post prima sponsalia contrahit secunda cum alia, additque his iuramentum & copulam, quæ tamen prioribus non præualent.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

Institutione Sacramenti præceptum tale colligitur. Et Canones, qui in contrarium affrantur, satis explicantur de necessitate ad melius esse.

LVII. Nemesius sponsalia contraxit cum Nemesiā, sed inde desiderio Neomisiā captus cum hac inscia priorum etiam contraxit sponsalia, datamq; sponsionem iuramento confirmat, & eidem copulam superaddit. Quæritur. Quānam ex his sponsalibus valeant? Et si ex hypothesi priora valeant, eaque dein ob aliam causam ex mutuo virisque consensu dissoluantur, num hoc ipso posteriora valere incipient, ijsque stare debeat Nemesius?

Videntur posteriora valere. Ita Pontius L. 12. c. 14. n. 4. Rebellus, Coninck, Pälao D. 1. de spons. pun. 22. n. 6. & post alios Dian. P. 3. Tr. 4. Ref. 210. Mouentur, quia quando duo contendunt, unus eorum de lucro, alter de damno vitando, fauendum potius huic. Sed secunda foemina passa est damnum, prior vero solū de lucro agit. Ergo &c.

Resp. Priora sponsalia valere. Ita Sanchez. Tom 1. de Matr. L. 1. D. 49. n. 5. Henriquez L. 11. de Matr. cap. 56. Hurtadus Disp. 2. Difficult. 8. n. 30. & alij. Tum quia Nemesius ad sponsalia posteriora non tenetur ratione promissionis etiam iuratæ, cùm sit nulla ut relata ad tempus juris alterius; est quippe rei illicitæ præsuppositis prioribus sponsalibus: neque ratione danni illati posteriori Sponsæ, quia

G

huic

hūic damno fieri satis potest cōstitutione  
dotis, aut aliā viā. Tum quia iniuria illata  
posteriori non aufert ius priori sponsæ per  
priora sponsalia acquisitum.

*Vnde ad rationem in contrarium negatur Min.*  
cūm secunda fœmina non tantūm querat lu-  
crum, sed ius suum, & huic insīstat; Ex quo  
etiam non placet, quod addit Sanchez, nim.  
si dānum, quod passa est secunda fœmina,  
adē sit graue, tunc Nemēsum posse à Iudice  
cogi, ut hanc ducat; sic enim priora sponsa-  
lia non habuissent valorem absolutum, & in-  
dependentem ab alio. Quod si ergo ex quo-  
cunque casu priora sponsalia iterum dissol-  
uantur, non incipient inde valere posteriora,  
cūm enim hæc nunquām fuerint valida, non  
poterunt ex alieno casu reualescere, ut bene  
Sanchez D. 55. n. 6 Pontius, Coninck, & alij  
contra Couart. p. 1 de Matr. cap. 4. §. 1. n. 10.  
Rebellum & nonnullos. Ait Palao loc. cit.  
si equum liberaliter promisisti Petro, & dein-  
de vendis Paulo pretio accepto, huic tradere  
illum debes. Ergo &c. Negari potest antec.  
nis traditio sit secuta. Adhæc disparitas est,  
quod posterior contractus valeat, idque ex  
juris dispositione. Argum. L quoties Cod. de rei  
vind quod secus est in nostro casu.

LVIII. Nicetas studiosus egregiam præ se  
fert indolem, magnūmque in pietate & litteris fa-  
cit progressam, quo circa Odilo Abbas eius in Mo-  
nasterium